



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 108. Principes ac Oratores ad Ecclesiam Cathedralem a Papa convocati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

rant. Ferdinandus Neapolis Rex plus ~~sacul.~~ XV.  
ceteris conferre pollicitus est, quin etiam <sup>A. C. 1459.</sup>  
Sacramenti religione ad hoc bellum sese  
obstrinxit. Aderant pariter Casimiri Po-  
loniae Regis Legati cum splendido comi-  
tatu, necnon ſabaudiæ Ducis Oratores,  
aliique plures. Ultimi tandem ex Italia  
venerant Veneti, qui cum tot Principes  
ad conventum fuos decreviffe Legatos,  
atque Oratores Franciæ propediem ad-  
futuros edocti eſſent, æmulationis, ho-  
norisque ſtimulis excitati, & ipſi ſe pro  
parte ſua, quicquid virium eſſet, præſti-  
turos promiferunt, ea tamen conditione,  
ut unitis omnibus Christianorum Princi-  
pum armis bellum gereretur.

### §. CVIII.

#### *Principes, ac Oratores ad Ecclesiam Cathedralem a Papa convocati.*

Papa, cum Conventus confluentium  
numero admodum ſpectabilis eſſet,  
quamvis nondum Franci adveniſſent,  
cunctos tamen ad Eccleſiam Cathedra-  
lem die vigesima Septembris convocabat.  
Equidem primæ Sessioni inchoandæ ſta-  
tuta erat dies nona ejusdem Mensis, il-  
lam tamen fuisse dilatam teſtatur dies  
adſcripta orationi, quæ a Pontifice ha-  
bita inter ejusdem epiftolas recenſetur.  
Haud diu Mantuæ detineri poterat Me-  
diola-

**Sæcul. XV.** diolani Dux, priusquam tamen inde re-  
**A. C. 1459** cederet, placuit Pontifici, ut sermone ad  
 omnēs directo eos ad pium propositum,  
 cuius amore convenerant, strenue exe-  
 quendum adhortaretur. Postea Ses-  
**Æn. Sylv.** sioni initium dedit, sed re divina peracta,  
**Epist. 397.** iterato de sedendi prærogativa Venetos  
 inter & Sabaudos contentio exorta est,  
 illis potentiam, & antiquitatem sui impe-  
 rii, his gentis suæ nobilitatem, ac vete-  
 rem morem præferentibus. Papa, ubi  
 animos magis, magisque incalescere,  
 jamque Oratores se mutuis contumeliis  
 ultro citroque appetere, ac Ursacium Ju-  
 stinianum Reipublicæ Legatum nimia  
 verborum arrogantia rem urgere compe-  
 rit, Venetos post Oratores Ducis Bur-  
 gundiæ collocavit, Sabaudos vero ad  
 scabellum Solii sui sedere jussit.

## §. CIX.

*Altera Pontificis Oratio ad Man-  
tuanum Conventum.*

**L**ite hoc pacto composita, summus Pon-  
 tifex imperavit silentium, tresque  
 omnino horas peroravit, demonstrans,  
 bellum hoc in Turcas movendum, ad  
 quod omnes Principes hortabatur, eo-  
 quod non modo utile, sed & justum, fa-  
 cillimum, ac necessarium esset. Ipsus  
 quoque se, suaque omnia ad eam expe-  
 ditio-